

**Sepulcreto Prænobilissimæ ac Optimæ Foeminæ Annæ Kortholtæ,
Excellentissimi & Amplissimi Domini Dn. Sebastiani Kortholti, Moral. & Poes.
Prof. in Illustri Christian-Albertina celeberrimi dum viveret Conjugis Suavissimæ
Sacrum esse volunt Commensales Amthoriani**

Kilonijj: Literis Bartholdi Reutheri, 1711

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733485155>

Druck Freier  Zugang



Fragment of a light-colored paper label on the top left edge of the book cover.

II.
40
00



enth. 32 Stücke

J 2 II

1899 / 500

-40

SEPULCRETO

PRÆNOBILISSIMÆ ac OPTIMÆ FOEMINÆ

ANNÆ KORT-
HOLTÆ,

EXCELLENTISSIMI & AMPLISSIMI

DOMINI

DN. SEBASTIANI
KORTHOLTI,

MORAL. & POES. PROF.

in Illustri CHRISTIAN-ALBERTINA
celeberrimi

dum viveret

CONJUGIS SUAVISSIMÆ

Sacrum esse volunt

COMMENSALES AMTHORIANI.

K I L O N I,

Literis BARTHOLDI REUTHERI, Academ. Typogr. 1711.



MONUMENTUM hoc intuens Lector
memento,
quàm sæpe in momento vitæ vigor diffuat.
Hoc ipsum bustum,
Offibus & exuviis
Fœminæ forma virtuteque ornatissimæ

ANNÆ KORTHOLTÆ

Sacrum,
velocem fili vitalis finem testatur.
Illa citò prudens, citò pia, citò uxor, citò mater
heu! citò nimis obiit.
Vix enim vivendo lustra quatuor compleverat,
quater experta feliciter Lucinæ labores,
cùm eadem hora morbum sentit, & morti succumbit,
ad terminum se pervenisse ante, quam appropinquasse scivit.
Sic incogitantes in suas rationes cogit Libitina;
Securos, nilque tale optimo in ætatis flore metuentes
securi subjicit, demetitque.
Triste fatum,
dura humanarum rerum fors,
præcipitata nec ad justî temporis spatia dilata mors!
Si quid tenerrimus conjugalî amor hic valuisset,
indivulsa mansisset copula;
si quis ejulatuî liberorum locus,
luctuosum ipsis nondum foret matris funus;
si propinquorum vota revocare potuissent morientem,
lentiori gradu ad eam processisset lethum.

Sed

Sed
optima quæque dies miseris mortalibus ævi
prima fugit,
in ipso vitæ apparatu illos vita destituit,
fluit, ruit, præcipitatur,
ante definit esse, quàm venit:
Illi ipsi, qui adjiciuntur adolescentiæ anni,
vitæ detrahuntur,
euntque vi sua fata.
Mœstissimum maritum
hæc in caput suum vibrata fulmina
eo prosternunt gravius,
quo magis dolere solent vulnera
non summam cutem sed pectus & viscera perrumpentia:
Amisit uxorem
venustam, juvenem, piam, rem familiarem probè curantem,
sui amantem,
ô æternum luctus argumentum,
quem & ipsa solatia irritare valent!
At,
quid fata deflemus?
Sors immota & in æternum fixa nullis singultibus mutatur,
ac
rerum natura, quod gravissimum fecit,
commune fecit,
ut crudelitatem fati consolaretur æqualitas.
Quid cælum accusamus?
Iustissima hæc sunt fulmina, quæ etiam percussi colimus.
In diem data, sine querela sunt reddenda;
Pessimi est debitoris, creditori facere convicium.
Quid præcoccem deflemus obitum?
Non ille multum navigavit, sed multum jactatus est,
quem sæva tempestas ac venti furentes
per eadem spatia diu in orbem egerunt.
Nec est, quod quenquam propter canos & rugas diu vixisse putes,
non ille diu vixit, sed diu fuit.
Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus,
nec ultimum tempus expectant,
quæ in primo maturuerunt.

Quid

Quid mortem uxoris complorat Viduus?
Non illa obiit, ad meliora abiit;
Virtute cincta suscepit ad æternitatem iter,
& se in illum sublevavit locum,
ex quo felicem nemo ejiciet,
ibi pulcherrimo divinorum fruitur spectaculo:
Hæc una ratio extendendæ mortalitatis
imo in immortalitatem vertendæ.

Lacrymas igitur,
quas suppressere non potestis,
saltem abstergite;
fluant,
sed eadem desinant;
ex imo gemitus pectore trahantur,
sed iidem & finiantur;
inque hoc tumultu maritus si non dolorem
tamen mœrorem deponat,
certa fiducia fretus,
cùm tempus advenerit,
quo se mundus renovaturus,
& sidera sideribus incurrent,
resurrectura,
quæ terræ nunc mandantur, ossa
mentique coelesti feliciter unita
perpetua luce ineffabilique gloria
per infinita secula
fruitura.



33

LBMV Schwerin


000 314 889




Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1733485155/phys_0007





NEQVE T
 AB INGEN
 AVT AB ART
 QVIN POTIVS A
 ET A DOLOR
 EXIGVVM HOC MAGNI AM
 MAESTI
SEBASTIAN V
 PHIL. MOR.
 CVI ACER
 OMNI AQ
 ET IC
 PLANE I
 EX QVO IDEM CVM
 NON SOLVM ANNAM C
 SED ETIAM FLENSB
 ANNAM GVDIAM, MA
 KILONII ET IPSAM MATR
 ROSFOCHII
 LINDEMANNÆ SORORIS SV
 IDEOQVE TRIBVS AN
 QVATVOR
 FVNERAQVE FV
 ET LACRIMIS SVIS ET
 ABI
 ET HOC NIMIAE FRAGILIT
 VITAM NOSTRA
 ET E MOMENTO PE
 DISCE, VEL SECVNDIS
 QVVM CERTA MORTIS
 PROINDE TOTA VITA
 VT IN
 NON TAM VI
 QVAM MO
 CO



SSENIA
 NDIAM,
 IS INSIGNE;
 DESIDERIVM,
 T FLETVS.
 DOLORIS MONVMENTVM
 OSVIT
RTHOLTVS,
 EOS PROF.
 DLORES
 TALIA,
 TICO
 KERE,
 TVM EXPERTVS,
 I SIBI VITA CARIOREM,
 AM DEFVNCTAE,
 CO SIBI DILECTAM,
 M OPTIMAM ANNAM,
 ANNAM,
 M VNICAM ET NVBILEM,
 DVM CIRCVMACTIS,
 AMISIT,
 CVMVLATA
 PROSEQVTVS EST.
 MANAE EXEMPLO DISCE,
 VISSIMO FILO,
 AETERNITATEM.
 ORTVNAM VERERI,
 HIL SIT INCERTIVS.
 ITATIO SIT MORTIS,
 RE
 M MORTE,
 VM VITA